



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

DISSERTATIO IURIDICA INAUGURALIS
DE
VSV ET ABVS
SUPPLICATIONUM
ET
RESCRIPTORVM
LITE PENDENTE

Occas. L. 2. C. Ut lite pendent. vel post pro-

QVAM
CONSENSV ILLUSTRIS ICTORVM OR
REGIAE FRIDERICIANAE
SVB PRAESIDIO
DOMINI

SIMONIS PETRI GASSER
POTENTISS. BORVSS. REGI A CONSILIIIS INTIMIS IT
ET DOMANIAL. IVRIVM ET RERVVM OECONOMICO-CAMER
PROFESSORIS ORDINARIJ SCABINATVS IN DVCATV
MAGDEBVRG. SENJORIS

PRO DOCTORIS IN VTROQVE IVRE P
BVS ET PRIVILEGIIS CAPESSENDI

D. XXIII. FEBRVAR. MDCCCXXXIV.

H. L. Q. C.

PVBLICE VENTILANDAM EXHIBET
AVCTOR

IOHANNES CONRADVS EILH
ADVOCATVS DVCATVS ALTENBVRGENSIS ET
RIVS PVBL. CAES. IVRATVS.

HALAE MAGDEBVRGICAE
Typis IOAN. FRIDERICI GRVNERTI, Academ. & Sena

DISSEMINATED THROUGHOUT THE WORLD

APPLICABLE TO ALL STATES
AND TERRITORIES

REGISTERED TO
THE FEDERAL

OFFICE OF THE SECRETARY OF THE INTERIOR

ORDER OF THE SECRETARY OF THE INTERIOR



THE SECRETARY OF THE INTERIOR
DEPARTMENT OF THE INTERIOR
WASHINGTON, D. C.

UNITED STATES DEPARTMENT OF THE INTERIOR
BUREAU OF LAND MANAGEMENT

LAND OFFICE
WASHINGTON, D. C.

THE SECRETARY OF THE INTERIOR
DEPARTMENT OF THE INTERIOR

PRAENOBILISSIMO; CONSULTISSIMO
DOCTISSIMO

DOMINO

DOMINO

IOH. CHRISTOPHORI
HEINICKIO

I. V. DOCTORI CELEBERRIMO

REGIMINIS DVCALIS SAXO-ALTENBURGENSIS

ADVOCATO ORDINARIO

AVVINCULO ET SVSCEPTORI MEO
NORATISSIMO

PATRONO OMNI PIETATE
ET VENERATIONE

COLENDO

COMMEMORATIONEM HANC INAUGURALEM

EA, QVA DECEAT, ANIMI GRATITVDINE

DAT, DICAT, DEDICAT

AVVINCULO ET SVSCEPTORI MEO

cultor obseruantissimus

Iohannes Conradus Eilhardt.

VIR
PRAENOBILISSIME ATQVE CO
SULTISSIME
PATRONE AMPLISSIME



Non solum proximo
consanguinitatis v
culum, per quod te
rentis loco habe
mihi contingit feli
tas, TIBI summæ pietatis nexu
obstrinxit: verum etiam singula
fauor, quo me semper humani
me amplexus es, ita me deinctu

reddidit, vt ingratiſſimus viderer, ſi
vllam animum deditum declarandi
occaſionem prætermitterem. Tan-
ta enim Tua erga me ſemper fuit
benevolentia, vt poſt Deum & Pa-
trem honoratiſſimum, quidquid
proſperi habeo, ex magna parte hu-
manitati Tuæ debeam. Multiplici
vinculo me ergo & obnoxium ſen-
tio, & adſtriſtum, occaſioni huic
vt inſeruiam, quæ ſe offert, ad decla-
randa animi grati argumenta. Per-
mitte igitur, PATRONE AMPLIſſIME,
vt leues has paginas, tanquam leue
quidem ſed ſincerum gratitudinis
documentum cum piis votis con-
iunctum, TIBI adſcribam. Opto ex
animo, vt Summum Numen Tuum
in me fauorem Diuina ſua gratia
compenſet: ſeruet TE ad ſeros annos
ſoſpitem atque incolumen, & omni

felicitatis genere Te clementissi-
me exornet. Cæterum TE, VIR
PRAENOBILISSIME, etiam atque etiam
rogo, vt in posterum quoque Tuo
fauore & patrociniome frui conce-
das humanissime, cui me, fortu-
namque committo,

NOMINIS TVI PRAECLAR

Dabam Halæ die xxix.
Febr. MDCCXXXIV.

cultor obseruantissimus

Iohannes Conradus Eilhardus

P R A E F A T I O.

Eorum, qui commentationes Academicas, qualis haec nostra est, conscribunt, quatuor videntur esse genera. Sunt, qui nova, paucis comperta, nemini observata spondent, & promissis stant. Sunt, qui in rubricis idem, quod illi, magno promittunt hiatu, ubi autem in rem praesentem iveris, corvum deludunt hiantem. Sunt, qui nota omnibus, dicta multis retractant, sed curatius ordinatiusque paulo, & nova aliqua ratione. Sunt denique, qui trita trito modo, res vulgarias vulgare recoquunt, in tralatitiis e charta in papyrum conjiciendis male seduli. Secundum, & quartum genus merito aspernantur prudentiores, nisi illud verbo veteri.

voluisse sat est

excusare malint. Primam gloriam sane perpulcram acutioribus me relinquo, mea sententia sat beatus, si bonis, tertio ordini nostra addere, fuerit

felicitatis genere Te clementissi-
me exornet. Cæterum TE, VIR
PRAENOBILISSIME, etiam atque etiam
rogo, vt in posterum quoque Tue
fauore & patrociniome frui conce-
das humanissime, cui me, fortu-
namque committo,

NOMINIS TVI PRAECLAR

Dabam Halæ die xxiiij.
Febr. MDCCXXXIV.

cultor obseruantissimus

Iohannes Conradus Eilhar

P R A E F A T I O.

Eorum, qui commentationes Academicas, qualis haec nostra est, conscribunt, quatuor videntur esse genera. Sunt, qui nova, paucis comperta, nemini observata spondent, & promissis stant. Sunt, qui in rubricis idem, quod illi, magno promittunt hiatu, ubi autem in rem praesentem iveris, corvum deludunt hiantem. Sunt, qui nota omnibus, dicta multis retractant, sed curatius ordinatiusque paulo, & nova aliqua ratione. Sunt denique, qui trita trito modo, res vulgarias vulgare reconquunt, in tralatitiis e charta in papyrum conjiciendis male seduli. Secundum, & quartum genus merito aspernantur prudentiores, nisi illud verbo veteri.


voluisse sat est

excusare malint. Primam gloriam sane perpulcram acutioribus me relinquo, mea sententia sat beatus, si bonis, tertio ordini nostra addere,

P R A E F A T I O.

fuerit visum. Quod si hac etiam fini forte ex-
cidam, tenebo alium, qui in manu est. So-
leo, quoties, Digestorum profundum emetiri,
muneris ratio flagitat, Syrtes Peripateticas sol-
venti obvias celeri lembo praenavigare, & ple-
rique ducem alacres sequuntur. Sunt tamen
nonnunquam, qui divortere, & istos scopulos
& vada propius spectare cupiunt; his hac ope-
ra monstravi viam. Sed & multiplex Juris si-
gnificatio saepe numero efficit, vt in ipsis cursus
sui initiis haereant Tyrones; qui se extricare
possint, hic ostendi, & habeo nunc, quo able-
gem meos. Tenes, B. L. Instituti nostri ratio-
nem, cui fave, ac vale.





Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA
DE
VSV ET ABVSV
SVPPPLICATIONVM ET RESCRIPTORVM
LITE PENDENTE

Occasione Leg. 2. C. Ut lite pendente. vel post provocat. &c.

§. I.



Votiescunque pro-^{Præfatæ}
cessus iudiciarii, quo in foris
Germaniæ utimur, qualitates
altius pondero, & præcipue de
eiusnævus, quibus & lites pro-
trahuntur & iustitiæ administra-
tio impeditur, querelas confi-
dero; toties fere in memoriam incidit, quod ali-
quando a Iurisconsulto eximio, tam solidæ iuris
doctrinæ peritissimo quam in iudicialibus negotiis
exercitatisimo inter eiusmodi iustitiæ admini-
strandæ impedimenta & litium protrahendarum me-
dia referri quoque audiuerim **COMPROMISSVM,**
COM-

COMMISSARIOS ATQVE SVPPPLICATIONES VNA CVM RESCRIPTIS per eas impetrari solitis. Fateor, quod primo intuitu hoc iudicium a iuris ratione prorsus alienum mihi visum fuerit. Et quid peccauissem, ita sentiendo? quare non miratus essem? quod ea vt nociua aut certe parum utilia notentur, quæ a pluribus vt exquisita iuris iustitiæque celeriter obtinendæ remedia & in cathedra commendantur, verbisque adornantur suauibus, in ipsa litium disceptatione forensi frequentissime adhibentur. Cum vero longe absim a superstitionis opinionum communium cultu, nec concedendum esse putem tritum illud: error communis ius pariter penitus inspecta, deprehendi facile posse, sententio, quod non sine omni censura ab iis, quibus iudicium emendatio curæ est, hæc remedia dimitti debeant; quippe quibus multi non raro ad cursum iustitiæ impediendum scelesto consilio abutuntur, plurimum quoque imprudenter, & communi errore decepti, eiusmodi auxilium prouolant, qui, cum euentus consilii non respondeat, nimis sero experiuntur, quod nubem pro lunone amplexi sint. Siquidem consilium promissum in arbitros celeritati in reddenda iustitia magis obesse, quam prodesse, sufficienter patet, vel saltem ex dissensibus Iurisconsultorum de valore laudis, vel ex defectu executionis, vnde nouæ lites, principali diuturniores oriri solent. Commissariorum causam suspectam sane facit consilium astutum eorum, qui eos sibi flagitant, maxime si sint iudicatores criminum: prima enim eorum cura hoc collocata esse solet, vt sollicitè prius perquirat quisnam forsan odium in pectore in aduersam partem

ET RESCRIPTORVM LITE PENDENTE.

tem foueat, petenti autem magis faueat, eumque sibi iudicem expetant: mitto, quod intempestiuo & vano metu, aut plane dolose iudicem ordinarium prætereant, a quo iniqua sua desideria expleta iri desperant, & tandem tamen, post longam disceptationem ac sumtus ingentes frustra impensos causa plerumque ad iudicem ordinarium deferatur, ibique ex integro restauretur. Supplicationum autem & rescriptorum, lite pendente, abusum ipsa iam notauit LEX 2. C. VT LITE PENDENTE, VEL POST PRO- VOCAT. &c.

§. II.

Quemadmodum vero plerumque in iure difficile est, generalem aliquam regulam constituere: parum enim est, vt non subuerti possit *L. 202. D. de Reg. Iur.* & simul, cum in alio vitiata est, perdit officium suum *L. 1. D. eod.* ita maxime in his casibus idem obtinet. Quippe satis temerarium esset, omnem compromissorum, commissariorum, & supplicationum cum rescriptis suis vsum penitus inficiari velle. Non desunt casus, in quibus compromissum felices effectus producit, si modo debita prudentia, a probis hominibus, circumspecte satis concipiatur. Non desunt quoque causæ, in quibus non solum vtiliter, sed etiam aliquando necessario commissarii constituuntur. Idem de supplicationibus atque rescriptorum iussibus asserendum esse, & ratio iuris & experientia est magistra. Probe ergo in his omnibus abusus ab usu est separandus, cum ille hunc tollere non debeat: nullum enim tam salubre unquam conditum est ius, quod non temeritate calumniantium deprauari queat: inde potius genuinus vsus &

B

abusus

The
tatio
do
rum.

abusus sedulo inuestigandus est, vt hoc sublato ille remaneat. In præfenti itaque apud animum constitui, rescriptorum materiam paucis perquirere, reiectis reliquis ad aliorum curam, vel in aliud tempus. Neque tamen totam rescriptorum materiam exhaustire iam poterò; sed breui inaugurali hoc specimin tantummodo de vsu & abusu supplicationum & rescriptorum lite pendente succinctam tractationem institutam, ita vt saltem ex iure communi & analogi iuris processualis occasione *Legis 2. C. vt lite pendente &c.* compendiosa expositione vsum & abusum proponam: prolixior enim commentationem & particulares singularum Germaniæ prouinciarum lege proferre, propter forensia negotia non vacat. Finem hunc, quem mihi propesui, hoc ordine obtinere mihi posse, arbitror, si explicatione terminorum, rerumque cum iis connexarum requisitis huc spectantibus præmissis, vsum & abusum ex analogia iuris deducam, postea *Legis cit.* cura hac consonantiam demonstrarem, pauca que coronidis loco de vsu practico huius Legis adiiciam: Quæ vt feliciter cedant, faxit Summum Numen.

§. III.

Quid sit supplicatio.

Supplicationis termino, quid intelligam, vix opus est declarare, quum omnibus facile constare possit: si quæris; scias, quod descendat vocabulum a supplicare, id est, demissius & humiliter, siue cum reuerentia orare; ducto more a miseris, qui supplicat manibus fere rogant, CALVIN. *Lexic. Iurid.* inde *IRENT. Andr. 2. l. 14.* ita habet: *ipsum hunc orabo, hunc supplicabo.* in medio quidem ævo supplicare etiam denotare idem, quod salutare, e. g. discooperto c

pite supplicare, ex *Vsibus antiquis Cisterciensibus, Regulis S. Benedicti aliisque observat* CAROLVS DV FRESNE in *glossario medii ævi*. Ex priore & proprio significato mox senties, quid sit supplicatio. Equidem vsus vocis diuersas tribuit notiones; sollicitus autem tantum sum de iis, quæ in Iuris disciplina frequentes sunt. Sic præcipue supplicatio est quædam benignitatis Superioris imploratio: si Superior, qui imploratur, Princeps sit, & precibus annuat, id rescriptis declarare solet. Dein supplicatio solemnem denotat cultum diuinum vel pro auerruncandis malis, & peccatorum venia impetranda, vel pro gratiarum actione ob felicitatem. LIVIUS *Lib. 10. cap. 23.* CICERO *passim*. Porro significat remedium contra grauamina iudicialia illata eorum sententiis, a quibus appellare propter eminentiam non licet. *L. 1. D. de Offic. Præf. Prætor. L. 1. C. de Sentent. Præfect. Prætor. L. 5. §. Auth. Quæ supplicat. C. de Precibus Imperatori offer.* Imo etiam contra rem iudicatam, si manifeste iniquitas probari possit, ex æquitate ad Principem preces nonnulli admittunt pro causa iterum cognoscenda, quam implorationem etiam supplicationem dicunt. CONF. BRUNNEM. in *Cod. ad L. 2. C. vt. Lit. pend. cum cit.* CRAVETTA *de Antiquitat. tempor. P. 1. in princ. n. 53.* In foris denique Germaniæ quibusdam non solum inferioribus, sed ipso Iudicio Aulico Imperiali hodiernum supplicatio est medium contra sententias grauantes. CONF. ILLVSTR. DNI. PRÆSIDIS *Posit. practic. & LVDOVICI Einleitung zum Civil-Process Cap. von dem Remedio Supplicationis.* Imo & preces quæcunque, quæ iudicibus inferioribus offeruntur, supplicationum nomine veniunt. Alia iam mitto, præsertim, cum ex collatione

tione iamiam propositorum cum inscriptione dissertationis & themate eius §. *anteced.* prolato statim colligi queat, quod ex omnibus significationibus eammodum huius loci fit, quæ primo loco exposita est; nisi quod ab hac, ob rationis paritatem, ad supplicationes, quæ inferioribus iudicibus offeruntur interdum argumenta in sequenti tractatione erunt producenda.

§. IV.

Quid sint rescripta.

Rescripta pariter consideranda nunc sunt, quæ dicta sunt a rescribendo. Hoc, simpliciore significato, indicat rursus scribere OVID. *Epist. 1.* inde quoque denotat mutare prius scripta PLINIUS *Epist. 5.* hinc præterea in commerciis Romani argentarii hoc verbo utebantur pro reddere pecuniam, notante DONATO in *Phormion.* pecuniam enim mutuo datam & in codicem foenebrem relatum ut argentarius acceptam referret, & nomen expungeret, debitorem soluentem dictare solitum fuisse ex HORATII *Satyr. lib.* colligit HOTOMAN. *Commentar. verbor. iur.* Tandem est curiæ & fori terminus, qui ad præsens institutum maxime pertinet: Principes nempe ad libellos a præsentibus oblatos vel ad epistolas relationes & consultationes absentium tam priuatorum quam magistratuum respondentes rescribere dicuntur *argum. l. 1. D. de Constit. Princip. l. 23. D. de Vsufructu legat. l. 1. D. de Iure Patronat. l. 4. D. de Apellat. recip.* Quamquam etiam aliquando Icti, quum consulentibus de iure responderint, rescribere dicuntur *l. 73. D. de contrahend. Emr. l. 44. D. de Re Iudic.* hoc tamen ad meum scopum nihil facit. Rescriptum ergo, quod & rescriptio nonnunquam dicitur, ut *l. 8. §. 9. D. de offi. Praesid.*

Praesid.

*Præsid. §. 1. Inst. de Eo, cui libertat. caus. bon. addic. iuris sensu est responsum Superioris ad supplicationes siue preces priuatorum siue vniuersitatum, vel ad relationes Magistratum conf. CUIAC. in Paratit. ad Tit. C. de Precib. Imperatori offerend. Et si enim relationes magistratum post compositionem Corporis iuris a Iustiniano prohibitæ sint: tamen ingruente noua iuris incertitudine, eæ quoque iterum inualuerunt, & defenduntur ex cap. 8. X. de Appellat. GONZALEZ TELLEZ ad id. cap. num. 2. Id quoque me non fugit, quod non solum hodie in foris nostris, sed ipso iure Romano rescripta latiori significato usurpentur: quemadmodum etiam EDMUND. MERILLIUS *Obs. Lib. 2. c. 26.* notat, quod Decreta, quibus Princeps causa cognita inter partes litem dirimit, rescripta dicantur; attamen standum potius est significato famosiori & accuratiori, cum, in doctrinis præsertim, conueniat, vt singulæ res singulis suis nominibus appellentur: adeoque posterior & latior ille significatus ad me iam non pertinet. Id tamen perinde mihi est, an rescriptum ab ipso Superiore immediate, an vero mediate a summis tribunalibus superioris vices gerentibus emanet.*

§. V.

Horum rescriptorum variæ species a Ictis tra- Species e
duntur, sic enim ex Romanorum Imperatorum re- rum.
scribendi more sunt vel subnotatio seu adnotatio,
epistola, sanctio pragmatica. Subnotatio dici-
tur rescriptum, cum Princeps ad preces priua-
torum responsum libello subscribit; epistola autem
est Imperatoris responsum ad relationem magistratus,
in forma epistolæ dari solitum; tandem pragmatica

sanctio, siue pragmatica lex, est responsio quæ ad preces vniuersitatis separata a precibus conceditur. *L. 6. § 7. C. de diuersis Rescript. L. 6. §. 3. D. de Offic. Procons.* THEOPHIL. *in §. 6. Instit. de Iur. N. G. & Civ.* PLINIUS *Epist. Lib. 10.* CUIAC. *in Paratit. ad Tit. C. de Diuers. Rescript. & ad L. 2. C. de Petit. honor. sublat.* PACIUS *in method. Cod. de Diuers. Rescript.* Vix tamen est horum differentium terminorum obseruatio hodierna, neque thema meum inde dependet; ideoque rescripta ad me eatenus tantum pertinent, quatenus, a quouis elicitæ sint, lite durante conceduntur. Alia est diuisio, quæ rescripta dispescit in rescripta gratiæ & iustitiæ, quorum illa sunt, quibus gratiam superior supplicanti exhibet, hæc vero, quibus iustitiæ administratio promouetur, iurisue dubia quæstio deceditur. BRUNNEM. *ad L. 5. C. Si contra ius vel utilitat. public. vel per mendac.* Vtraque hæc rescriptionum species maximopere consideranda erit in sequentibus quoad quæstionem de vsu & abusu rescriptorum & supplicationum lite pendente.

§. VI.

Quid lis pendens.

Lis autem hoc loco est iurgium de re quadam inter aliquos apud iudicem institutum, quo verbo tamen & magistratus & arbitros complectimur: Ita est apud HOTOMAN. *cit. loc.* Lis pendere dicitur iure Romano post litis contestationem, donec re iudicata, transactioneue controuersia decisa, aut liti renunciatum sit: etsi enim sententia lata, si tamen ab ea prouocatum sit, sententia perimitur, & pendet lis appellationis *argum. L. 15. D. Rem. rat. hab. L. 1. pr. & §. 1. D. Si ex nox. caus. agatur. L. 1. D. de litigios.* COLLEGIVM IVR. ARGENTOR. *Tit. de Constit. Princip. n. 25.* Ex Iure Cano-

Canonico tamen, & iuxta præsentem Iudiciorum Germanicorum constitutionem litis pendentia incipit a citatione reo insinuata. *c. 1. § 2. X. Ut lit. pendent. Clem. 2. eod.* durat autem etiam post sententiam definitivam, si ab ea sit appellatum. *c. 28. X. de offic. Iudic. delegat. c. 1. X. de Sent. § re iudic. c. 44. X. de Appellat.* Quin postquam hodie quoque post rem iudicatam iudicium non desinat, & tam exceptiones quædam opponi possint, adeoque denuo incipiat feruere controversia, quam de ipso exequendi modo non levis disceptatio suboriatur, vt sæpe lis, dum per rem iudicatam definita, & executio immineat, vix prodimidia parte peracta sit, vix quoque dici poterit, quod per rem iudicatam sententiæ definitivæ lis pendere desinat, antequam & sententia executioni data, aut transactione, aut præscriptione sopita sit contentio, aut renunciatum liti: certe in tractatione præsentis par erit ratio rescriptorum post definitionem, contentione tamen adhuc durante, quam ante rem iudicatam impetratorum.

§. VII.

Vt Vsum aut abusum definiam, non opus est, cum cuique iam satis nota sint verba; pariter rescriptorum & supplicationum, vti & litis pendentia requisita deducere, merito iam supersedeo, vtpote quæ a fine aliena. Quædam tamen ex his omittere nequeo, nimirum ea quæ fundamenta sunt, ex quibus iudicium sanum de usu & abusu rescriptorum ferendum: hæc itaque per indicem breuem enarrabo. Equidem ab initio hypothesein hanc quiuis agnoscerit, quod prudentiæ legislativiæ & officio Principis de iustitiæ administratione solliciti congruum sit, operam dare, vt certo & æquali iure subditi fruantur:

non

Axiomata
quædam
damenti
in exam
do thema

non opus est, rem, de cuius veritate ex ipsa ratione sufficienter constat, probare exemplis Romanarum publicarum istarumque moderatorum, qui ob hanc regulam ius, quod semel constitutum, mutari dubitarunt, imo qui eam ad superstitionem usque adorarunt, quos citat DVARENVS *Comment. ad Tit. D. Constit. Princ. cap. 1.* Sufficiat potius *L. 8. D. de Leg. Scit. & long. consuet.* quæ simul 2) aliud axioma continet cauendo: Iura non in singulas personas, sed generaliter constituta. Inde 3) ratione nituntur *Leges XII. Tabb.* prohibentes: privilegia ne irrogantur. Adeoque 4) potius regulariter ius alteri vel ex Iure Naturæ vel ex Iure ordinario iam constitutum quæsitum auferre non conuenit, nec id in dicitur Principe Princeps voluisse censetur. ANTIÖCHVS Tertium scribentem ciuitatibus, ne curarent si quid per literas iuberet, quod aduersaretur legibus, perinde quasi ipso nescio scriptum sit, laudat GROTIVS *flor. spars. ad L. 7. C. de Prec. Imp. offerendic.* Rite ergo porro 5) iniungitur magistratibus per *Nov. 113, c. 1. &* in decidendis litibus sequi leges generales. Sequitur itaque aperte quod rescripta 6) contra ius generale non mitti conueniat, nec attendi, velit princeps in aliquid, quod non lædat alium & pro sit petenti, vel cum iuribus supplicantibus indulgeat. *L. 7. & L. 3. C. de Precib. Imp. offer.* Notandum præterea 7) est, quod rescripta precibus supplicantis, adeoque sine sufficiente cautione cognitione dentur. Adeoque rescripta vires rei iudicatæ non accipiunt, sed semper contrariis rescriptis tolli possunt. Inde quoad supplicationes, quibus rescriptiones principum sollicitantur, non solum eadem erunt attendenda, ne quis precibus aduersus

hæc peccantibus obstrepet principibus importunus; verum simul 8) perspicitur, quod preces veritate niti debeant, quodque merito & mendacibus libellis supplicibus, & rescriptis ad eos datis sub- & obreptionis vitium opponi possit; requirunt ex eadem causa l. Cti 9) vt, si quid in causa litigiosa petatur, semper mentio fiat litis pendentis. *MENOCHIVS de Arb. Iud. quest. Cent. 3. cas. 202. BRVNNEM. ad L. 2. C. vt lit. pend. num. 5.* De lite tandem 10) cuique notum est, quod præuia sufficiente cognitione & audita vtraque parte, vel saltem altera parte defensionem contemnente aut negligente, ex potiore iure decidenda sit, reiectis 11) omnibus ambagibus & impedimentis, quæ aut iustitiæ administrationem protrahunt, aut turbant, atque difficiliorem reddunt, aut plane denegant. 12) Econtrario non solum magistratui incumbit, summa ope niti, vt ius suum cuique & tribuatur, & omnia, quæ obstant remoueantur; quamobrem Iure Canonico rite se habet regula: vt lite pendente nihil innouetur; quæ cum his & iuris civilis sanctione admodum cohæret: verum 13) ipse Princeps laudabiliter agit, si magistratus, qui officio suo de sunt, in ordinem redigat.

§. VIII.

Hæc si inuicem conferas & præsertim iudicialis iurgii naturam atque rescriptorum & supplicatio- In examin-
num negotium curate consideres, difficile non erit, do vsu & al-
ex ipsis rectæ rationis fundamentis communibus, & fu distingu-
absque lege etiam positua, ex analogia iuris statuere, quid de vsu & abusu rescriptorum lite pendente & precum, pro istis impetrandis, sentiendum sit. Non
ptorum-

C

tamen

tamen deerunt leges, quæ ipsa hæc principia non solum agnoscunt, & ad hanc causam prudenter applicant, sed quoque seuera sanctione constituta obseruanda. Vt itaque de hoc melius constet, iam necesse erit, vt generaliora ista axiomata nunc specialim ad supplicationes & rescripta, lite coram magistratu pendente, per has obtinenda applicem, & exinde vsum ab abusu diiudicem. Quo vero in his specialioribus eo rectius procedatur: opus tantummodo erit, vt supplicationes & rescripta coniunctim considerem; quid enim de his valet, de illis etiam obtinebit: eumque in finem maxime inhærendum e diuisioni rescriptionum in rescripta gratiæ & iustitiæ quam *supra* §. V. recensui; non enim æqualis omnium est conditio, sed quæcunque species specialiori obseruatione indiget. Expendam ergo primo loco, iuxta normam §. *anteced.* propositam, vsum ab usum rescriptorum gratiosorum, deinde iustitiæ rescriptiones quoque examinabo.

§. IX.

Rescripta gratiæ duplici modo hic consideranda.

Quem vsum habeant rescripta gratiosa litibus, quemue non habeant, videbis partim ex *§. 1. 4. 5. 6. 7. & 10. §. VII*; partim ex natura gratiarum & privilegiorum, quam comparare debemus cum *thesis 3. §. VII.* & dictis §. V. Dictum enim est, quod rescriptis gratiosis superior gratiam supplicanti non habeat: hæc autem duplici modo conferri potest petentem. Aut enim ipsi aliquid conceditur gratiosum, siue datur, quod legibus aduersum non est in quod alteri ius perfecte quæsitum non competit, sed quod ex mera gratia superioris pendet, & fecit

dum lubitum eius semper reuocari potest. Aut datur supplicanti priuilegium contra ius ordinarium, de cuius nexu impetrans per rescriptum eximitur.

§. X.

Priori casu nullum dubium est, quin rescriptum vires suas exferat, etiamsi lite pendente impetratum sit, dummodo cæteris requisitis suis constet, & præsertim mendacii & obreptionis vitio non laboret. Quum enim nemini ius contradicendi natum sit, nulla genuina ratio adest, quare principi liberum non debeat esse arbitrium. Idem illud est, quod *L. 7. C. de Precib. Imperatori offer.* statuitur, in qua lege Imperatores THEODOSIUS & VALENTINIANVS rescripta efficacia gaudere iubent, *si quid sit, quod non ledat alium, & pro sit petenti. conf. §. VII. th. 3. & 6.* Neque detrahendum aliquid erit auctoritati eiusmodi rescriptionis, licet impetrans cum eo, contra quem conceditur, in iudicio contendat de eiusdem gratiæ effectibus & fruitione, quam alter prius sibi impertitam esse adstruit: si modo ex mera gratia tale beneficium obtentum sit. Tales concessiones enim instar precarii, adeoque semper reuocabiles esse, inter omnes constat; quapropter nemini ius perfectum & perpetuum nascitur, nec læsum se quisquam dicere poterit, etsi prior tempore fuerit, si gratia concessa reuocetur: imo litigio inter eiusmodi beneficiarios de gratia concessa suborto, ipse superior omnium optime statuere poterit, qualem munificentia suæ modum & durationem esse velit.

Rescripta
tia prior
neris vsu
bent.

§. XI.

Quod si specialibus casibus rem illustrari cupi-

illud illustratur casu pri-

as, in promptu tibi erunt exempla, ad quæ dicta applicari queunt. Finge ergo tibi, duobus spem succedendi in beneficium ecclesiasticum aut seculari officium primum vacaturum titulo lucratiuo datam esse, quam expectatiuam vocant: si itaque hinc certent, de beneficio obtinendo; integrum erit Superiori, gratiam ei facere, cui posterior concessa data est, eumque priori præferre, vti pariter licere statim, vbi expectatiua confertur posteriori petenti de eodem beneficio, ad quod alteri spes data, expectatiuam concedere cum expresse adiecta clausula, vt priori anteferatur, quo ipso priori nulla fit iniuria, *conf. c. 15. de Præbendis in 6to. & c. 7. de concessione præbendarum in 6to.*

§. XII.

Casus secundus.

Similiter hæc obtinent in beneficiis Principis interpretandis: nam si de intellectu eorum, quidue iuris per ea competat nec ne, contenditur; principis sane præcipue est, æstimare, quem is modum esse velit beneficii sui, *L. 191. D. de R. I.* neque cuiquam graue esse poterit, si princeps plus aut minus beneficio suo concessum esse rescribat, quam quod ex verbis priuilegii videtur, erit enim ipse optimus verborum interpretes, & licebit ipsi semper noua beneficia concedere, adeoque etiam sine dubio augere & extendere interpretari: licet ipsi priuilegia gratiosa semper in totum reuocare, multo magis ergo facultas esse pronunciandi, quod minus per ea dare voluerit, quam quod priuilegiatus sibi concessum esse, persuasum habet. Idcirco palam est, quod, lite de sensu vel effectu beneficii coram magistratu iamiam inchoata

iu

iuste tamen ad ipsum principem aditus semper patere debeat, atque celeriore via dubium expediatur, si causa ad ipsum Superiorem deferatur. Quin non dubito asserere, quod idem etiam liceat, lis licet magistratus sententia iam decisa sit, quæ in rem iudicatam transierit. Etsi nimirum re iudicata, hic vel ille effectus priuilegii denegatus cuidam sit, nihil tamen obstabit, quare non possit nouum priuilegium petere & impetrare: quod si ergo effectum priuilegii per sententiam denegatum per rescriptum Superior concedat condemnato, vt nouum priuilegium talis concessio considerata est, suaque autoritate fruatur. Hæc obseruatio potius cautelæ instar erit iis, qui de priuilegii sensu & effectu litigarunt, & per sententiam magistratus, quæ res iudicata facta est, victi sunt.

§. XIII.

Eadem ratio est causæ, quæ in *L. 2. C. de Precib.* Causa t
Imperat. offer. & de quibus supplicar. lic. vel non consti-
 tuitur. Statuit enim Imperator CONSTANTINVS
quoties rescripto nostro moratoria præscriptio permittitur,
aditus supplicanti pandatur. Quorum verborum hic
 esse videtur sensus: quod si debitori petenti conces-
 sa sit ab imperatore præscriptio moratoria, id est ex-
 ceptio super dilationibus debitori adsoluendum præ-
 standis iuxta *L. 4. eod.* creditor vero contra conces-
 sionem supplices preces ad Imperatorem dirigat, quo
 moratoria excetio & dilatio ad soluendum indulta
 iterum tollatur, pandendus sit eiusmodi creditori, ad-
 uersus moratoriam præscriptionem, & de ea tollen-
 da sollicitanti Imperatorem, aditus supplicandi. *conf.*

as, in promptu tibi erunt exempla, ad quæ dicta applicari queunt. Finge ergo tibi, duobus spem succedendi in beneficium ecclesiasticum aut seculari officium primum vacaturum titulo lucratiuo datam esse, quam expectatiuam vocant: si itaque hinc certent, de beneficio obtinendo; integrum erit Superiori, gratiam ei facere, cui posterior concessa data est, eumque priori præferre, vti pariter licere statim, vbi expectatiua confertur posteriori petenti de eodem beneficio, ad quod alteri spes data, expectatiuam concedere cum expresse adiecta clausula, vt priori anteferatur, quo ipso priori nulla fit iniuria, *conf. c. 15. de Præbendis in 6to. & c. 7. de concessione præbendarum in 6to.*

§. XII.

Casus secundus.

Similiter hæc obtinent in beneficiis Principis interpretandis: nam si de intellectu eorum, quidue iuris per ea competat nec ne, contenditur; principis sane præcipue est, æstimare, quem is modum esse velit beneficii sui, *L. 191. D. de R. I.* neque cuiquam graue esse poterit, si princeps plus aut minus beneficio suo concessum esse rescribat, quam quod ex verbis priuilegii videtur, erit enim ipse optimus verborum interpretes, & licebit ipsi semper noua beneficia concedere, adeoque etiam sine dubio augere & extendere interpretari: licet ipsi priuilegia gratiosa semper in totum reuocare, multo magis ergo facultas esse pronunciandi, quod minus per ea dare voluerit, quam quod priuilegiatus sibi concessum esse, persuasum habet. Idcirco palam est, quod, lite de sensu vel effectu beneficii coram magistratu iamiam inchoa-

iu

iuste tamen ad ipsum principem aditus semper patere debeat, atque celeriore via dubium expediatur, si causa ad ipsum Superiorem deferatur. Quin non dubito asserere, quod idem etiam liceat, lis licet magistratus sententia iam decisa sit, quæ in rem iudicatam transierit. Etsi nimirum re iudicata, hic vel ille effectus priuilegii denegatus cuidam sit, nihil tamen obstabit, quare non possit nouum priuilegium petere & impetrare: quod si ergo effectum priuilegii per sententiam denegatum per rescriptum Superior concedat condemnato, vt nouum priuilegium talis concessio considerata est, suaque autoritate fruatur. Hæc obseruatio potius cautelæ instar erit iis, qui de priuilegii sensu & effectum litigarunt, & per sententiam magistratus, quæ res iudicata facta est, victi sunt.

§. XIII.

Eadem ratio est causæ, quæ in *L. 2. C. de Precib. Imperat. offer. & de quibus supplicar. lic. vel non constituitur.* Statuit enim Imperator CONSTANTINVS quoties rescripto nostro moratoria præscriptio permittitur, aditus supplicanti pandatur. Quorum verborum hic esse videtur sensus: quod si debitori petenti concessa sit ab imperatore præscriptio moratoria, id est exceptio super dilationibus debitori ad soluendum præstandis iuxta *L. 4. eod.* creditor vero contra concessionem supplices preces ad Imperatorem dirigat, quo moratoria exceptio & dilatio ad soluendum indulta iterum tollatur, pandendus sit eiusmodi creditori, aduersus moratoriam præscriptionem, & de ea tollenda sollicitanti Imperatorem, aditus supplicandi. *conf.*

COLLEG. IVR. ARGENTOR. *Lib. 1. Tit. IV. de Constit. Principum. 19.* Huic supplicationi enim nihil obstabit: nam perfecto iure debitori non debebatur moratoria exceptio; adeoque si, quod ex sola principis gratia ipsi concessum, iterum tollatur a Principe nulla ipsi fiet iniuria. Adde, quod non sine prægante caussa nec semper, licet ea adsit, talis dilatio sine læsione alterius indulgeri possit: pone enim, debitorem renunciaſſe huic beneficio, aut sua culpa vel dolo bonis lapſum eſſe, quo caſu indignus, hoc beneficium sub- & obreptitie impetrauit. Merito ergo supplicanti creditori, qui hæc vitia Principi monstrare cupit, aditus pandendus erit, vid. dicenda §. 15.

§. XIV.

Rescripta gratia posterioris generis, & de iis regula.

E contrario rescripta gratiæ, quibus aliquid conceditur, quod iuri ordinario aduersum est, & impetrantem ab eius nexu eximit, si alterius iuri derogent, regulariter lite pendente illicita sunt. Quum enim summum sit præceptum, vt ius suum cuique tribuatur, illud nec auferendum cuiquam est sine urgente necessitate, nec Principes videri & præsumi volunt, quod id auferre cupiant, qualis est dispositio DIOCLETIANI in *L. 4. C. de emancipat. liberorum*, adde *L. 2. D. de his, qui sui vel alieni iuris*, merito ergo Imperatores in *L. 3. § 7. C. de Precib. Imperat. offerend.* & *L. 6. C. si contra ius vel utilit. publ.* prohibuerunt tam talia flagitare, quam rescriptis huiusmodi auctoritatem præstare.

§. XV.

Aliquando eorum vsus esse potest cuius exemplum

Adesse tamen quandoque possunt prægnantes & iustæ causæ, propter quas talis remissio nihil

nihil iniqui contineat, nam summa æquitas, aut vrgens necessitas aliquando exigit, vt quis, de iuris rigore aliquid remittendi cogi iuste possit; quibus in causis si princeps diserte se contra ius statuere velle profitetur, gratiæ rescriptis vis sua tribuenda est: qualis modus autem in his rebus obseruandus sit, prouidæ principis curæ considerandum relinquitur. Ita non raro talis summæ æquitatis ratio suadet, debitoribus præter culpam suam bonis lapsis subuenire gratia principali, & ad soluendum aliquot annorum spatium ipsis impertire. Obruendus enim & plane destruendus non est, qui ob nouercantem fortunam hodie soluere non potest, sed post breue tempus soluere potest; prætereaque salus Reipublicæ exigit, vt in quantum fieri possit, bonus ciuis conseruetur, nec ob strictum ius statim in talem detrudetur statum, vt in posterum Reipublicæ inutilis, vel prorsus oneri fiat. Quo ipso vero non excludo prouidam in hac mora concedenda curam, quæ tamen ad me iam non pertinet, sed mihi sufficiat rescriptorum vsum in hac causa probasse, lite licet pendente.

§. XVI.

Porro certum est, quod modus vsurarum a legibus non solum determinari possit, sed etiam determinanda sit iuxta æquitatis & publicæ salutis normam: quid ergo obstat, quare suadente contraria æquitatis ratione, veluti ob publicam calamitatem, cursus vsurarum siue ante litem, siue lite mota, sisti per rescriptum principis non possit.

§. XVII.

Secundu
xemplu
vsum ha
rescripta
tia

§. XVII.

Tertium e-
xemplum.

Scio quidem, quod in sæpe laudata *L. 2. C. de Precib. Imperat. offer.* prudentissime cautum sit, quod id, quod totius negotii conditionem tollit, & vires principalis negotii exhaurit, sine graui partis alterius dispendio conuelli non possit. Scio quoque, quod non solum ex his verbis, sed etiam ex principiis §. VII. propositis rite satis colligendum sit, quod debitoribus petentibus vt creditores parte debiti contenti esse cogantur morem gerere non deceat BRVNNEM. *ad cit. L. 2. n. 1.* Verum regulariter & plerumque ita est. Possunt tamen obuenire rationes, licet raro, quæ etiam hinc aliud suadent, & rescripto creditoribus, parte contentos esse, imponenti legitimam dant causam. Obiicit, quem compertum habeo, quondam eiusmodi casus; creditores nempe improbi quidam coibant & consilium de debitore satis soluendo existente euertendo capiebant, quem in finem ante quam dies solutionis venerat simulatione mendaci grandis æris alieni, cui debitor non sufficeret, concursum mouebant, & arrestum bonis debitoris imponebant, cui iudex in ruinam cuius huius admodum procliuis annuebat, adeoque bonorum obsignatione, arresti impositione, curatoris bonorum rapacis constitutione fides huius mercatoris minuebatur, commercium exercere, imo victum quærere impediabatur, breuibus, cuius alias satis locuples aliis ad incitas redigebatur. Quid mirum, quod tandem fraude detecta & ad Superiorem delata Princeps iustitiæ cultor religiosissimus creditores parte crediti contentos esse debere rescripserit.

§. XVIII.

§. XIIII.

Dixi §. I. quod commissiones raro profint; ple-
rumque litem protrahant, & tam in præiudicium iu-
dicis ordinarii quam aduersarii tendant, adeoque
contra ordinarium ius constituentur; inde, præcipue
si iungas §. VII. mox patebit, quod supplicationes &
rescripta de causa committenda parum proficiant.
Vti vero causæ sunt, quarum necessitas, aut perspi-
cua utilitas delegationem requirit: ita in iisdem sup-
plicationes & rescripta vsum non exiguum habe-
bunt. Exserit se hic vsus in commissione actuum
accessoriorum, quæ in pleno iudicii confes-
su expedi commode nequeunt; tales actus tamen ab ipso
potius magistratu, coram quo lis pendet, commit-
tuntur. Huc quoque refero, si ob iudicis suspicio-
nem, quæ probata est, in locum eius commissarii
eliguntur, nec non si rei iudicatæ exequendæ cau-
sa aduersus personas vel bona, quæ in locis
a iudicio præsertim superiore dicasterio dis-
fisis sunt, alicui committitur. Reliqua ex specialio-
ribus de commissariis tractatibus haurienda sunt,

§. XIX.

Quum Superiori ius aggratiandi competat, &
ex eius prudentia pendeat, quomodo id commode
applicandum sit, præterea quoque multo magis eius
arbitrio sit relictum, num ante causæ decisionem
criminis abolitionem concedere velit: sequitur quod
iuste sæpe citata *Lex. 7. C. de Prec. Imperat. offer*

D

scri-

scriptum attendendum esse iusserit, *si crimen supplicanti indulgeat*. Quod autem intelligendum tantummodo esse de pœna publica, non vero de reparatione damni privato dati, commode monuit. BRVNNEM ad hanc leg.

§. XX.

Ultimum exemplum

Tandem priuilegiorum onerosorum quoque & interpretatio, & rescriptio, qua ea vel in genere, vel in fauorem tertii cuiusdam supplicantis, ipso quoque tempore, quo sub iudice lis est de iis, quodammodo reuocantur, eatenus ad rescripta gratiæ lite pendente valida pertinent, quatenus eorum & interpretatio, & reuocatio quodocunque lubet de, in superioris est arbitrio, & per modum noui priuilegii tertio succurrere potest.

§. XXI.

Rescripta iustitiæ etiam duplicia.

Venio nunc ad rescripta iustitiæ, quæ iuxta ordinem §. VIII. propositum nunc quoque examinandum, quis eorum sit vsus legitimus lite pendente, quis abusus. Si eorum, vsus ex frequentia æstimare debemus, sane dicendum esset, quod is sit ingens, nam non raro in foris deprehenduntur integra actorum volumina, quæ non nisi ex rescriptis consistant, & si indicem contentorum in actis inspiciamus, nihil nisi longam seriem rescriptorum recensitarum vides, sed quam parum ex fori vsibus genuinus processus & iustitiæ integritas diiudicari potest, tam parum etiam ex hac obseruantia corrupta vsus rescriptorum colligi potest. Quo ergo quisque rectius ferre possit iudicium, iterum duo casus præcipue distinguendi sunt. Au-

eni

enim hæc rescripta aliquid decidunt, aut tantummodo iudicibus inferioribus iniungunt, vt officio suo satisfaciant, & celerem ac æqualem iustitiam partibus litigantibus administrent, quam posteriorem speciem in foris vulgari nominerescripta iustitiæ dicere solent. De priori specie nunc; de altera deinde tractabo.

§. XXII.

Quod ergo ad rescripta iustitiæ istius generis attinget, quibus superior aliquam quæstionem definit, de iis ita mihi videtur, quod lite pendente plerumque processui nociua, & rarissime proficua sint, adeoque dum a potiore determinatio facienda, regulariter ab iis & supplicationibus pro iis impetrandis abstinendum sit, atque abusus eorum vsum genuinum vincat. Iterum huius asserti veritatem perspicue agnosces ex dictis §. VII. si ea sedulo inuicem conferas. Facile enim inter omnes constat, quod litigiosæ causæ decidendæ sint ex potior; iure, & ob eandem causam nemo a defensione sua arcendus, aut non auditus eondemnandus sit, nisi se defensione indignum reddiderit, aut eam neglexerit, rescriptiones autem sine hac cognitione solum ad instantiam petentis vel ad nudam relationem magistratus dentur: unde apparet, quod ei aduersus quem impetrantur, aut ipsum ius illud, de quo disceptatur, vere eripiant, aut eripere videantur, & minimum in tantum ei aduersa sint, quod ius suum, quod aduersarius habere putat, deducendi facultas ipsi præcidatur: Ex iisdem rationibus fluit,

Rescripta
iustitiæ
generis
plerumque
abusus

scriptum attendendum esse iusserit, *si crimen supplicanti indulgeat*. Quod autem intelligendum tantummodo esse de pœna publica, non vero de reparatione damni privato dati, commode monuit. BRVNNEM *ad hanc leg.*

§. XX.

Ultimum exemplum

Tandem priuilegiorum onerosorum quoque & interpretatio, & rescriptio, qua ea vel in genere, vel in fauorem tertii cuiusdam supplicantis, ipso quoque tempore, quo sub iudice lis est de iis, quodammodo reuocantur, eatenus ad rescripta gratiæ lite pendente valida pertinent, quatenus eorum & interpretatio, & reuocatio quodocumque lubet de, in superioris est arbitrio, & per modum noui priuilegii tertio succurri potest.

§. XXI.

Rescripta iustitiæ etiam duplicia.

Venio nunc ad rescripta iustitiæ, quæ iuxta ordinem §. VIII. propositum nunc quoque examinandum quis eorum sit vsus legitimus lite pendente, quis abusus. Si eorum vsum ex frequentia æstimare deberemus, sane dicendum esset, quod is sit ingenitum nam non raro in foris deprehenduntur integra actorum volumina, quæ non nisi ex rescriptis constant, & si indicem contentorum in actis inspiciamus nihil nisi longam seriem rescriptorum recensitarum vides, sed quam parum ex fori vsibus genuinus processus & iustitiæ integritas diiudicari potest, tam parum etiam ex hac obseruantia corrupta vsus rescriptorum colligi potest. Quo ergo quisque rectius ferre possit iudicium, iterum duo casus præcipue distinguendi sunt. Au-

eni

enim hæc rescripta aliquid decidunt, aut tantummodo iudicibus inferioribus iniungunt, vt officio suo satisfaciant, & celerem ac æqualem iustitiam partibus litigantibus administrent, quam posteriorem speciem in foris vulgari nomine rescripta iustitiæ dicere solent. De priori specie nunc; de altera deinde tractabo.

§. XXII.

Quod ergo ad rescripta iustitiæ istius generis at-
tinet, quibus superior aliquam quæstionem definit,
de iis ita mihi videtur, quod lite pendente ple-
rumque processui nociua, & rarissime proficua sint,
adeoque dum a potiore determinatio facienda, regu-
lariter ab iis & supplicationibus pro iis impetrandis
abstinendum sit, atque abusus eorum vsum genuinum
vincat. Iterum huius asserti veritatem perspicue
agnosces ex dictis §. VII. si ea sedulo invicem con-
feras. Facile enim inter omnes constat, quod
litigiosæ causæ decidendæ sint ex potior; iu-
re, & ob eandem causam nemo a defensione sua
arcendus, aut non auditus eodemmodus sit, nisi se
defensione indignum reddiderit, aut eam neglexerit,
rescriptiones autem sine hac cognitione solum ad
instantiam petentis vel ad nudam relationem magi-
stratus dentur: unde apparet, quod ei aduersus
quem impetrantur, aut ipsum ius illud, de quo di-
sceptatur, vere eripiant, aut eripere videantur, &
minimum in tantum ei aduersa sint, quod ius suum,
quod aduersarius habere putat, deducendi fa-
cultas ipsi præcidatur: Ex iisdem rationibus fluit,

Rescri-
iustitia
generi
plerum
abusus

quod in dubio rescribens ius suum nemini auferre, se potius ius ordinarie constitutum obseruare voluissent, censendus sit, & censeri velit; quapropter non solum nihil profunt, sed necesse est, vt rescripta contraria quæ hoc modo concepta sunt, aut esse dicuntur, sub obreptionis vitii suspecti sint. Hinc fit statim aduersarius principi rem aliter exponat, & mox contrarium rescriptum impetret. Præsertim enim rescripta vires rei iudicatæ nuncquam acquirunt, ac eoque nullam nequidem iuridicam certitudinem iuris litigantium faciunt, sed ad contraria narrata destrui possuunt & solent. Et idcirco supplicatio ex vtraque parte tam diu repetitur, quam diu vterque litigantium tot sibi contrariis rescriptionibus pugnat, vt iudex, quid facere debeat, admodum incertus factus, ordo iudiciarius prorsus turbatus & confusissimus redditus, lis in infinitum protracta, & sumptuum immensi frustra prorsus impensi & tamen post multam variationem ordinario tractandi modo causæ discutienda sit. Non possum itaque non inde colligere, quod hæc rescripta regulariter, si iis iudex simpliciter parere, & aduersarius acquiescere debeat, duritatem, sapiant, si vero contrario imperio tollantur, aut obedientem esse non oporteat, inutilia sunt, imo noceant magis, quam profint. Ex his simul concluditur, quam longe a iustitiæ regulis absint iudices, qui ad cuiusuis implorationem quæcunque, quæ implorans exponit, principi imprudenter pro impertiendis rescriptis suggerunt, parum curantes, an vera an falsa sint, sed hoc modo se defendunt adue

aduersarium contraria principi exponere, ac sub & obreptionis vitium oblicere posse; se solere pro sportulis annuere petitis, & dare, quæ flagitantur, salvo iure cuiusuis. Quasi bene res geratur, si sportulæ sint iudicis officii finis primarius & in locum iustitiæ surrogentur, quasi sit iustitiæ administratio, emungere litigantes pecunia. Quin hanc notam amplius in eo sæpissime merentur iudices qui ipsi admodum proni & faciles sunt in concedendis mandatis & inhibitionibus ad sola narrata, & ad contrarias suggestiones ea iterum destruerere, eadem excusatione se tuentes: prudentiores vero sunt magistratus, & rectius iustitiæ tramiti insistunt, qui litigantibus crebris supplicationibus litis ordinem turbantibus morem, mandata & decreta mox constituendo mox tollendo, non gerunt, sed loco horum sponte terminum publicandæ sententiæ interlocutoriæ præfigunt, & tali sententiâ partes iuxta legitimum procedendi modum & statum causæ præsentem, in ordinem redigunt, easque adstringunt, vt legitima disceptandi via incedant, quo ipso & sumtibus & tempori parcatur, & si talis sententiâ in rem iudicatam transierit, eam tanquam veritatem absolute sequantur. Denique exinde quoque constat, quid sentiendum sit tam de regula peruulgata practicum: petimus iniqua, vt impetremus æqua; quam de consilio, quod quibusdam pragmaticis familiare est, vt scilicet ad pias causas, pecuniæ summam offerant, quo controuersia statim decidatur.

§. XXIII.

Vfus horum
rescriptorum
I.

Hæc plerumque de his rescriptis iustitiæ se ita habent. Dari autem ab hac regula etiam quasdam exceptiones, non diffiteor. Sunt casus, sed pauci, in quibus supplicationes & rescripta decisiua rite adhibentur. Quod si de sensu legis dubio & inextricabili lis sit; quis prohiberet implorare principem, vt rescripto interpretationem authenticam exponat, aut si quæstio alia iuris dubii agitetur, quare non liceret impetrare superioris rescriptum decisiuum.

§. XXIV.

Vfus 2. & 3.

Recte quoque supplicare eum, ex §. XVII. concludo, qui exceptionem mendacii contra rescriptum quod aduersarius impetrauerat, coram principe exponit, & mandatum priorem iussum tollens exorare recte denique supplicat, qui alio modo iniquis rescriptis sub prætextu vel æquitatis insignis, imaginariæ tamen potius, aut vtilitatis publicæ oneratus est, quod per exempla deducere iam non vacat, & quis que ad specialia facile applicare poterit.

§. XXV.

De rescriptorum iustitiæ posterioris generis abusa.

Tandem expendenda est altera rescriptorum iustitiæ species, quibus nempe iudex iubetur celerrimam & æqualem iustitiam administrare, vti formulæ eorum communis est: supplicanteu schleunige, ungleiche iustis wiederfahren zu lassen. Horum vltus communiter tam exiguus vti reliquorum, vt frequentia eorum

rum, quam in iudiciis conspiciamus, ad abusus plerumque & regulariter referenda. Nam plerumque supplicationes & rescripta huius generis iisdem vitiis, quæ §. XXII. recensui, præcipue autem sub- & obreptionis, laborant cum quisque improbus litigator, simulac iudex ineptis, sæpe liquido iniustis, petitis morem gerere non vult, statim iustitiam denegari fingere, et apud superiorem accusare iudicem & rescriptum durius contra illum flagitare solet. Quoniam autem pro iudice semper præsumtio integritatis militat; nec deesset exceptio suspecti iudicis, si ea legitime probari posset, aut si grauamen intulisset iudex, præsto essent ordinaria & legitima contra grauamina remedia leutationis & appellationis, præsertim secundum Ius Canonicum, & usum fori, quo appellationes etiam ab interlocutionibus admittuntur: quibus si quis non vtatur sibi imputare debet L. 3. C. *Vt lit. pend.* Idcirco nihil ad tales preces a Superiore decernitur, nisi rescriptum iustitiæ, quod nempe æqualis iustitia administranda sit. Quale rescriptum tunc nemini prodest, nisi aduocato & aliis, quibus cliens sportulas soluere tenetur. Iudex enim æqualem iustitiam se iam adhibere aut semper putat aut dicit, imo præsumitur: & licet quoque iudex iniqua decreuerit, tandem post multas frustraneas impensas tamen ad leutationes & appellationes refugiendum est.

§. XXVI.

Tunc autem vtilitate sua non destituuntur, si ^{Vfus cert} vere iudex lædat, & aliud remedium ordinarium reparan-

parandi grauamen desit, aut non aptum sit ad præsentem casum. Veluti quando iudex extraiudicialiter grauat durch Resolutionen, Verordnungen, unmandata ipseque iniquitatem corrigere nolit, iustissime, appellatione extraiudiciali interposita, querela a superiorem dirigitur inter probato tamen grauamine illato durch Beylegung der Verordnung. Præsertim e casu apprime ne cesse est, libellos superiori offerre quando iudex tali modo grauat, vt neque appellatiõnis locus inueniat. Hoc tunc maximè accidit, si grauamen illatum magis in omittenda quam committendo consistat, nec per ordinariam sententiam quandam illatum sit, v. g. dum denegat audientiam, & copiam sui non faciat, aut ad sibi oblatam nihil prorsus decernat, aut decernat quidem sub notatione, sed expeditionem decreti impediat. Hinc casibus rescriptis iustitiæ Superior inferiorem ad officium redigit adhibitis tamen gradibus, quos *in di. de Eiurand. Euerat, bon. spei §. 37. sub* ILLUSTRIS PRAESIDI mei moderamine habita adducit Cl. Dn. CARRACH: primò nempe dabitur simplex rescriptum iustitiæ; si iudex amplius officio desit, concedetur promotoriali arctiori modo cum clausula scilicet, daß es nähere Verordnung vel daß es der gebetenen auocation nicht bedürfte; postea iudice non obtemperante requirantur acta ad inspiciendum mit einem Pflichtmäßigen Bericht, quo facto Superior pro circumstantiis causa aut acta simpliciter remittit, condemnato in expensa supplicante, aut si quid peccasse iudicem obseruet modum procedendi præscribit, aut si quid grauius admissum, causam auocat.

§. XXVII.

Fieri etiam potest, vt adsint rationes, ob quas non in vnica lite tantum sed in causarum genere generali rescripto iudicis licentia circumscribatur, nimirum si iudicium ita sit comparatum, vt per vnica personam maximam partem exerceatur, & huius filius aut gener coram tali iudicio aduocati aut procuratoris munere fungatur. Interest enim iudicis vt filio, aut generi dotis nomine, clientes adfluant, quod vt fiat, curandum, vt is vincat, cui hic patrociniū præbet, litigantes enim iustitiæ, dexteritatis, & prudentiæ raro, plerumque tantum victoriæ rationem habent, & talem sibi eligunt causæ patronum, per quem siue iustam siue iniustam victoriam reportant esse credunt. Quamobrem non leuis suspicio contra iudicem oritur: iustitiæ & reliquis aduocatis, qui cum eiusmodi aduersario litigare tenentur & nihil iusti vnquam obtinere possunt, graue damnum infertur. Nihil iniqui ergo reliqui aduocati committunt; si a Superiore rescriptum iustitiæ impetrat: daß er sich in Sachen, in welchen sein Sohn (Schwieger-Sohn) patrociniert, alles cognoscirens, votirens, und decretirens enthalte.

Vfus

§. XXIX.

Tandem paucis consideranda verba L. 2. C. *Vt Lite pendente, quæ huius sunt tenoris: Supplicare causa pendente, non licet, nisi vel actorum communium, vel pronunciationis editio denegerur, &c.* verba hæc initialia ad me tantummodo pertinent, reliqua spectant ad re-

Quid L. ut lite pe de refer præcipi

E

scripta

scripta, lite per rem iudicatam iam decisa, impetrat. Sensus verborum clarus est, & perspicue demonstrat, quod CONSTANTINVS hac lege idem statuatur, quod la in antecedentibus differui. Regulam primo ordinam constituit, quod lite pendente supplicare non liceat: quæ ipsa regula partim antecedentem ALEXANDRI constitutionem in *L. 1. C. eodem* appobatur, partim ea ipse lege ampliatur; ait enim ALEXANDER. *licet postquam supplicasti, priusquam rescriptum impetrares, Præses Præuincie vir clarissimus pronunciauerit, cum tamen a sententia non prouocaueris, rescriptum quod postea secutum est, se suggeris, ad retrahenda ea, quæ decreto terminata sunt, non patrocinatur: præterea Nou. 113. nouissimum iure ipsa hæc dispositio iustissima iterum confirmata est.* Subnectit deinde CONSTANTINVS in *L. 2. ex*ceptiones duas, in quibus supplicare liceat, scilicet *actorum communium aut pronunciationis editio denegata.* Quid per actorum communium editionem intelligatur statim perspicies ex *L. 7. C. de Edendo*, quidque pronunciationis editio denotet, iterum ex *Nou. 113. cap. 2. circa fin.* patet sufficienter, vt textus hos describere hic opus non sit. Id autem ex his legibus omnibus apparet, quod supplicandi licentia tunc dum data sit, si iudex in omittendo peccet, si quæ alia desint media corrigendi iniquitatem. Verum quorsum referam ergo reliquas exceptiones in antecedentibus deductas? Non excluduntur istæ hinc *Lege 2. C. ut lite pend.* sed tam regulæ, quam exceptiones hæcenus propositæ Legibus recentioribus præsertim *L. 2. & L. 7. C. de Precib. Imperat. offer. nec n.*

cit. Nou. 113. quam totam legendam commendo, luculenter continentur.

§. XXIX.

Coronidis causa de vsu hodierno *huius Legis 2.* De vsu
& totius materiae praesentis pauca ad finem prope-
rans addo. Inutilem hanc legem & totam abro-
gatam esse obseruantia minimam contraria, cum
supplicationes quotidie ad Superiores dirigi & ab iis
accipi videamus, existimant plures Iurisconsulti, in-
ter quos GROENEWEG, CHRISTINAEVS, FABER, REGNERVS
ABOSTERGA *ad cit. L. 2.* Equidem obseruantiam istam
forensam non nego, sed scio: verum tantum abest,
vt hunc supplicationum abusum quotidianum ap-
probare queam, quantum ab adoratione aliorum na-
torum forensium alienus sum: id potius arbitror,
quod summa ope nitendum sit, quo eiusmodi vt &
alii abusus minuantur. Quamquam de poenae in *L. 3.*
C. eodem contra supplicantes statutae, receptione pro-
pter abusus quotidianos & licentiam istam commu-
nem ipse dubitem. Sed nihilominus Superiori inte-
grum est damni restitutione & poena arbitraria hunc
pruritus restringere. Non opus est vt receptionem
specialem huius legis Romanae doceam & probem,
cum sufficienter demonstrauerim, ipsam iuris & pro-
cessus iudicarij etiam de Iure Canonico, tanquam le-
ge nostra processuali primaria, hanc legem requirere,
imo sine lege ipsam rationem iuris contrarium mo-
dum inculcare. Non deesset quidem probatio recep-
tionis, vel aequalis dispositionis ex legibus Imperij com-
munibus Germanicis & ex abundantia legum pro-

uincialium. Vti etiam me non fugit, quod quorundam locorum instituta contrarium non absone teneant, præsertim quod in quibusdam locis rescripta vti decreta præfixo termino partibus publicari soleant, & deinde vires rei iudicatæ acquirere censeantur, aut remediis ordinariis suspensivis v. g. leuterationis impugnari soleant. Sed quod omnia specimine hoc per breui recensere, iam non vacet, ab initio dissertationis dixi. Finem ergo opusculo huic impono, cum speciminis inauguralis loco hæc sufficere queant.

Pro concessis viribus autem, & gratia
huc vsque in me collata sit

LAVS ET GLORIA DEO.

Filius hic Patrem sequitur, dum captat
Honores
Doctōris, mirum: Filius ut Pater est.
Tempore, quidque Pater prior est, prior est,
quid? Honore.
Filius atque Pater nunc in Honore pares.

*Pauca hæc in Honorem Nobilissimi
Homini Doctorandi apponere
voluit*

D. Joh. Christoph. Schultze.